

ipsum predium ad nos iure hereditario devolutum idem miles a nobis feudali iure suscepisset, conventionem factam cum venerabili abbate Reinersbrunnensis cenobii Herimanno et quinquaginta marcarum precio accepto eidem beneficio suo renunciavit et in manus nostras tam sua quam liberorum suorum manu resignavit ea videlicet pactione, ut ecclesie Reinersbrunnensi lib[ere posses]sionis^{a)} et proprietatis iure cederet. Quod nos gratanti animo 5 consensimus et acceptis ab eodem abbate centum et decem marcis et septem mansis apud Winrichesleiben et Scinistede sitis predictum predium prememoratę ecclesie in possessionem perpetuam legitima donatione contradidi. Quam videlicet traditionem coram multis testibus factam confirmamus et in perpetuum ratam et inconvulsam habendam auctoritatis nostrę preceptione et proprii sigilli attestazione decernimus et, ne qua persona cuiuscum- 10 que conditionis fraude vel circumventionem vel ullo pravę mentis ingenio eam infringere vel cassare audeat aut prevaleat, horrendo et iusto dei omnipotentis iudicio et divine severitatis timore exce[sserit]^{b)}, semper refugiat. Actum secus castrum nostrum Theneberg anno incarnationis dominicę MCLXXVI, indictione viii. Cuius rei hii testes affuerunt cum mea presentia Herimannus abbas. Hartungus prior. Meinardus de Mulburg. Har- 15 tungus de Erpha. Berthoh de Wangaheim. Adelbertus de Witerde alique quam plures; feliciter.

(SJ.)

413.

Kaiser Friedrich I. bestätigt dem Bisthum Viviers dessen Rechte und Freiheiten. — Zeuge: Mark- 20 graf Dietrich.
Coccorano, 1177 März 16.

Gedr.: Histoire générale de Languedoc 8,331. Stumpf 4190.

— — Testes etiam de multis aliquos placuit annotari. Volricus patriarcha Aquileie. Vivemannus Magdeburgensis archiepiscopus. Arnoldus Treverensis archiepiscopus. Hermannus Bambirgensis episcopus. Luipoldus dux Austrie. Theodericus 25 marchio de Saxonia. Cunradus filius marchionis de Monte Ferrato. Henricus Uverrio marchio. Florentinus comes Hollandie. Henricus comes de Dietsa. Cunradus de Bokesber. Henricus marscalcus. Cunradus pincerna. Vualterus dapifer et alii quam plures.

Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Ego Godefridus cancellarius vice Philippi Coloniensis archiepiscopi et Italie archi- 30 cancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno domini MCLXXVII, indictione x, regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anni regni eius xxv et imperii xxiii; datum in Italia apud castellum Cucurani xvii. kalendas mensis aprilis; in dei nomine feliciter amen.

(B.)

35

412. a) Loch. Ergänzt nach Kopial Gotha R R I. 18 fol. 328. b) Ergänzt nach Kopial.